

DE VITA ET MORIBVS SACERDO-
tum/opusculum : singularem eorum
dignitatem ostendens/& quibus
ornati esse debeant vir-
tutibus:expla-
nans.

..

SECYND A EMISSIO.

PARISIIS.

Ex officina Simonis Colínati.

1 5 2 0

16984(5)

0-14863467

Epistola.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI ac domino. D. LUDOVICO Guiliardo episcopo Tornacensi dignissimo: IVDOCVS Clichtoueus professor theologiæ minimus. S. D.

Virgilius.



IN Georgicis Virgilius latinorum poetarum facile princeps / nimirum fortunatos dicit agricolas : bona si sua norint / antistes sacratissime. quod sine armorum strepitu medioz crem agentes vitam / facile ex terra victum capiunt : suis contenti rebus / & urbium delicijs cæterisque vitis minime corrupti. Ego vero multo magis fortunatos / asserere ausim sacerdotes : si suam nouerint dignitatem ordinisque sui excellentiam. quod propemodum diuinum & cœleste sortiti sunt supernæ miserationis indultu ministerium : offerendi deo augustissimum & omnium maxime salutare sacrificium. quod item potestatem acceperint soluendi / ligandique peccata hominum in terris : eo quidem iudicio quod & deus approbat in cœlis . quod denique administrandorum in salutem & mercedem animarum / authoritatem habeant sacramentorum : quorum dispensatio ipsis a deo est credita. Educunt quidem agricolæ panem de terra / & vinum ut lætificet cor hominis : cum tellurem incuruo proscindunt aratro / & vineam magna sedulitate repaſtinant atque putant. Sed hæc corpori tantum humano suppeditant alimenta : moribundo sane & paulo post in cinerem conuertendo. Sacerdotes vero verbis sancte imprecatorijs atque consecratorijs panem supersubstantialem & cœlestem conficiunt : qui de

IVDOCI CLICHTOVEI NEOPORTUENSIS/de vita & moribus sacerdotum/opusculum: ad Reuerendum in Christo patrem ac dominum D. Ludouicum Guilliardum/Episcopum Tornacensem/non minus virtute q̄ doctrina præstantem.

¶ Sacerdotij antiquitatem/ ab ipso mundi exordio deductam: magnum dignitatis illius esse argumentum.

Cap. I.



Sacerdos ab authoribus diffinitur is esse: qui deo ad sacrificia faciēda peculiariter dicatus est. Et sacerdotiū: ipsius sacerdotis munus atq; officium. Nulla siquidē fuit vnq̄ gens tā effera / imanis/ aut barbara: quæ deū aliquē habendū nescierit / & certo ritu colendū. tametsi a dei veri agnitione & puro eius cultu/ in varios acti errores: permulti fuerint alieni. & certe natura ipsa videtur oibus hoibus hūc religionis & pietatis in deū instinctū tacite indidisse: quo etiā apud extremos Garamātas & Trogloditas degētes / suo (quisq; is fuerit) deo cultū cū veneratione exhibendum putarūt. Quinimmo ab ipso sūmo rerū authore/ hæc ad religionē animorū propēsiō/ insita fuisse cūctis/ haud ab re credi & dici potest. vt quoniā a se nequaq̄ subsistere aut bona percipere seipsos/ naturę ductu nouerūt/ superiorē quandā naturā excellentiorēq; esse autumauerint/ a qua & subsistētiā & bonorū cōmunicatiōē susciperēt: quā cōmuni quadā ratione deū nūcuparunt. Proinde & legumlatōres omnes studiose

a. iij.

Index.

- C**ieiunium non solū ecclesiastico instituto: sed etiā
diuino præcepto atq; iure esse ordinatum: & ita
homines ad id obligari. CAP. XVIII.
- C**ociositatem sacerdotibus summopere fugiēdam
esse: & negligentiam circa suos dirigendos / simul
& ludorum inhonestatem. XIX.
- C**astitatem & vitæ continentiam a sacerdotibus
obseruari debere: ex sacrę scripturę & sanctionum
canonicarum testimonio. XX.
- Q**uod vitę incontinentia in sacerdotibus / est voti
transgressio: a qua solus episcopus aut eius vices
gerens potest eos absolvere. XXI.
- S**implicem fornicationem esse peccatū mortale:
ex multis & veteris & noui testamenti locis posse
conuinci. XXII.
- P**arsimoniam in victu / euitationemq; ocij / simul
& familiaritatis cum mulieribus: multum confer
re ad sacerdotum continentia seruandā. XXIII.
- T**estimonio beati Cypriani / episcopi & martyris
eximij: admodum periculosam esse clericorū cū
mulieribus habitationem / & summo studio fugiendam. XXIII.
- E**xhortatio ad sacerdotes / omnium iamdictorum
summam more epilogi complectens: vt pro sua di
gnitate honeste viuant. XXV.

Indicis huius opusculi: finis.

Absolutum est hoc opusculū de vita & moribus
sacerdotū / atq; secundo editū Parisijs / in officina
Simonis Colinei: e regione scholę De
cretorū sita. Anno dñi. 1520.
die vero Decembris
duodecima